

Jacob Lembke   Joachim Seeken

## **Disputatio Iuridica De Iure Circa Thesaurum Acquirendum**

Rostochii: Richelius, 1683

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741217740>**

Druck   Freier  Zugang




Recht zum Reichthum —  
erwerb

RU für 1683

Jacob Lembke, Pr. /d

Johann Seeke, Reg.







I. N. J. C.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
JURE CIRCA THESAURUM ACQVIRENDUM

Quam  
Occasione §. 39. J. de R. D. & A. R. D. l. 31. §. 1. ff. de A. R. D.  
§ 1. 63. ff. eod. l. unic. C. de Thes. Nov. Leon. 51.  
adspirante Divino Numine

Consentiente Ampliss. JCtorum Ordine  
P R Æ S I D E  
Viro Magnifico, Præ Nobiliss. Ampliss.  
ac Excellentiss.

DN. JACOB O Lembergen/

J. U. D. & Profess. Inst. Publ. nec non h. t. Uni-  
versit. hujus Rectore Magnif. & Facult. Jur. Decano Patrono  
ac Præceptore suo ad urnam debito observantiæ  
cultu devenerando,

Placidæ Eruditorum, disquisitioni  
submittit

JOACH. Seefen/ Rostochiensis

Author & Respondens

In Æde (ob Auditorii Majoris restaurationem) D. Johannis sacra  
ad diem XXVIII. Martij, Anno M. DC. LXXXIII.

ROSTOCHII Typis JACOBI RICHELII, Senat. Typog.



V I R O

Nobilissimo, Consultissimo, Excellentissimo  
'atque Amplissimo

DN. JOHANNI GEOR-  
GIO GUGMERN/

Jcto Consummatissimo, Serenissimi atq; Cel-  
sissimi Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI LUDOVICI,  
Ducis Mecklenburgensis &c. &c. Consiliario gravissimo,  
Patrono ac Promotori suo Maximo,

at &

V I R O

*Plurimum Reverendo, atque Clarissimo*

DN. HERMANNO Friesen/  
Pastori Ecclesiæ Kabelsdorfiensis Vigilantissi-  
mo, Parenti suo filiali obsequio devenerando

neq; non

V I R O

*Nobilissimo ac Consultissimo*

DN. JOACHIMO Seeken/  
J.U. Doctorando, Patruo atq; Tutori suo, pio  
observantiq; cultu adurnam usque colendo.

*Hæc Sudorum suorum Primitias  
reverenter*

*dicat atq; offert*

A U T H O R.



I. D. N. J. C. N.  
Præfamen.

**E**Xtra omnem omnino dubitationis aleam positum  
arbitror, duro ut plurimum necessitatis telo, duris-  
simaq; sæpè belli calamitate olim mortales fuisse co-  
actos, pretiosiores suam substantiam, ut percupidis belli-  
gerantium manibus eandem subducerent, terræ commit-  
tere. Inde; haud rære factum esse, ut deponentes im-  
matura præditi morte, vel ipsi thesaurum effodere, vel  
proximè successuris heredibus effodiendum committere  
neutiquam valuerint: adeò, ut postmodum I. N. per occu-  
pationem, uti res cæteræ, quæ sunt nullius, inventori cesser-  
it; Nostra proh! dolor ætas majora quoque belli vulne-  
ra, quam suavissimam pacis amœnitatem canere novit, &  
metuendum certè (quod tamen D. T. O. M. à dulcissimis  
Patriæ nostræ finibus omnibusq; Christiani nominis asseclis  
benignè avertat) ne capitibus nostris imminens Romanoq;  
Imperio ruinam minitans belli periculum, & nos & vitam  
bonaq; nostra belligerantium arbitrio & fortunæ ictui ex-  
ponat: quis dubitet proindè sic benè multos jam tum pe-  
cuniam, resq; mobiles alias pretiosiores terræ concredidisse,  
quotidiè concredere, imò & olim concredituros; Nescios  
an unquam recuperandi Thesauri absconditi dabitur facul-  
tas. Hæc L. B. me movit ratio, cur inter tam multas juris  
materias, hanc circa Thesauri inventionem occupatam,  
pro ingenii modulò disputationi cuidam includendam ele-  
gerim, certâ fretus spe, te pro candore tuo, quem mihi abs-  
te ingenium polliceor, non tam laboris tenuitatem, quam  
cum labore nonnihil addiscendi cupiditatem, considera-  
turum: Proindèq; nisi ex asse expectationi tuæ explendæ  
esse quiverim, & in arduis voluisse non sua destitui laude, be-  
nignè ponderaturum. Vale.

A

C, B, D,



## Cap. Primum.



E jure circa Thesauri inventionem, ejusq; acquisitionē non nihil acturi, opera utiq; pretium fore arbitramur, antequam ad thesauri naturam per definitionem explicandam prolabamur, ipsam thesauri vocem à suâ æquivocatione in antecessum liberare, etymologicum ejus examen accuratiori Philologorum evolutioni relicturi.

§. 2. Thesauri apud Jctos, Lexicographos & passim non unam deprehendimus acceptionem. Benè multas eleganter congeffit *Rebhan. in Hodegeta Jur. ad §. 39. J. De R. D. & A. R. D.* Et quidem extra usum Juridicum accipitur vox thesauri pro cujusq; rei copiâ, sive corporalis, sive incorporalis, sive bonæ sive malæ: Ita librorum copiam Thesauros appellat *Cic. lib. 2. de finib. bon. & lib. 15. Epist. ad Attic. 26.* Apud *Quintil. lib. 2. c. 7.* quoque thesaurum verborum & figurarum legimus: A quò non multum abludit, *Besoldus*, qui volumen suum, insignem rerum verborumq; copiam exhibens *Thesaurum* inscribit, de hac significatione *vid. Rebhan. d. l. & Bitschius in spec. tr. de Thesauris P. 1. c. 1. §. 19.* (2) Sumitur pro loco, in quo Thesaurus asservatur & custoditur, & in genere pro receptaculo cujusq; rei. *vid. Rebhan. proxime c. l. & Bitschius d. c. 1. §. 20.* Ubi docet hac ratione arcas & cistas illas, vel quos hodiè in templis habemus truncos, quibus collationes & eleemosynæ inferuntur, Thesauros dici, quod probat *ex Varrone deling. Latin. lib. 4. in fin.* ubi id notat *Adrianus Turnebus.* (3) Accipitur etiam vulgariè vox thesauri pro quâcunq; re, quam maximè in amore &



& pretio habemus uti *Luc. 12. vers. 34. ibi: Ubi Thesaurus ibi & cor tuum vid. Bitschius n. 21. Rebhan. pag. mibi 234. Bachov. in Comm. ad J. ad §. 39. de R. D. Qvæ omnes tamē significationes hujus loci non sunt, utpote qvø qværimus de thesauro, i. e. pecunia deposita, qvæ dominum non habet, vid. Amaya. in Comm. ad tres lib. poster. C. ad l. un. C. de thes. & Bachov. in Comm. J. §. 39. de R. D. n. 1. nec non in Comm. ad Treutl. Volam. 2. Disp. 20. lit. C.*

§. 3. Magis Juridicè E. accipitur Thesaurus vel Generaliter seu improprie & abusive, vel specialiter seu proprie. Generaliter acceptus denotat omnem pecuniam, metus custodiæve causa sub terrâ, etiam recens reconditam; qvø in sensu sumitur à Jcto Pomponio in l. 15. ff. ad exhibend. qvø confirmat Jctus Papinianus in l. 44. ff. de A. vel A. P. & Paulus in l. Neratius 3. §. 3. ff. eod. cui ad stipulatur Jctus Javolenus in l. 39. §. 1. ff. de Aur. arg. & mund. leg. & Ulpianus in l. item Labeo. 22. ff. famil. hercisc: qvam cum Dominus possideat l. 44. pr. ff. & A. P. & hinc sciri possit, in cujus sit dominio l. 3. §. 3. ff. eod. non fit occupantis, l. 21. §. 1. ff. de A. R. D. qvæ tamen acceptio generalis & à nostro scopo aliena est, uti infra in evolut: Definitionis Thesauri patebit vid. Frantzk. in Exerc. Just. 4. q. 10. n. 2. & 3. Amaya d. Comm. ad l. un. C. de Thesauris n. 5. Anton. Faber in Rat. ad l. 15. ff. ad exhibend. Guttier. l. 41 q. 36. n. 8. Broëus ad §. 39 J. de R. D. Bachov. in Comm. ad J. d. l. & in Comm. ad Treull. Vol. 2. Disp. 20. lit. C. Lauterb. in Comp. Jur. ad tit. 1. lib. 41. ff. Gudelín. de Jur. Noviss. lib. V. c. 3. p. 232.

§. 4. Specialiter acceptus veterem denotat depositionem rei mobilis seu pecuniæ, cujus non exstat memoria, uti docet Jctus Paulus in l. 31. §. 1. ff. de A. R. D. & cum verus ignoretur Dominus, censetur pro derelicto illa habita & hac ratione instar aliarum rerum, qvæ nullius sunt, cedit occupanti, uti docet Justinian. in §. 39. J. de R. D. & ante illum

A 2

Jctus



JCtus Cajus in l. 3. pr. ff. de A. R. D. vid. Frantzk. in Exerc. Justin. q. 10. n. 2. & 3. Amaya d. l. n. 6. Hæc; in hac nostrâ Disput. propria est Thesauri acceptio, in quâ sumitur ab ipso Justinian, in §. 39. J. de R. D. Et à Leone Magn. in l. un. C. de thes. nec non Leone Philosoph. in Nov. 51. & ante ipsos à JCtis ut in l. à Tutore. 67. ff. de R. V. l. Nunquam. 31. §. 1. l. sis. 63. per tot. ff. de A. R. D. l. fructus 7. §. si fund. 12. ff. solut. matrim. l. 1. l. 3. §. pen. Eult. de Jur. fisci l. 4. §. pen. ff. ad L. Jul. pecul. l. si uxori. 39. §. 1. ff. de aur. arg. & mund. leg. vid. Mantz in Comm. ad Inst. §. 39. de R. D. n. 1. Broeus ad eund. nec non Bachov. ibi & in Comm. ad Treutl. d. l. Conferatur Bitschius d. tr. §. 17. Lauterbach. in Compend. ad tit. d. A. R. D. Carpz. P. 3. Const. 1. D. 7. Berlich P. 2. C. 66. n. 7. Speidel. Notab. voce gefundene Wahre / Frantzk. supr. c. l. Cyprinan. Regn. in Cens. Belgic. Inst. ad §. 39. J. de R. D. Struv. in Syntagm. Jur. Civil. ad tit. ff. d. A. R. D.

§. 5. In hac autem propriissimo significato acceptus Thesaurus definitur à JCto Paulo in l. 31. §. 1. ff. d. A. R. D. quod sit Vetus quædam depositio pecunia, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat.

§. 6. Antequam verò ad Thesauri progrediamur Inventionem, diversaque circa eandem jura, non operam nos lusuròs existimamus, si hujus definitionis, quæ variè à Jur. Dd. impugnatur, verba paulò accuratius examinemus, in quâ primum lecturienti suboriri poterat dubium: Cur in definitione generis loco retinuerimus: *Depositionem pecuniam* cum tamen sic satis sufficienter ex ipsa Thesauri erudiamur naturâ, illum non esse pecuniæ depositionem, sed pecuniam depositam: Et sanè, si, quod res est, fateri velimus, non negamus equidem inspectâ Thesauri naturâ, accuratius nos egisse, pro pecuniæ depositione pecuniam depositam generis loco substituendo, cum tamen nos neutiquam fugiat, non siue urgenti causa & prægnantiori ratione à definitionibus



bus Justinianeis recedendum, hancque loquendi formulam Jctis haud infrequentem esse (uti luculenter patet ex definitione servitutis, traditâ §. 2. *J. de Jur. persn.* ubi servitus definitur per Constitutionē J. G. cum tamen servitus non sit constitutio J. Gentium, sed J. G. Constituta vid. *Vinn. ad §. d. 2. & Redeker in Exam. Inst. §. eod. q. 80. & ex l. 1. §. 2. ff. de Pact.* ubi Jctus Ulpian. voce Pactionis pro pacto utitur, vid. *Præall. Redeker. in Disp. Analyt. II. ad Inst. §. 2. d. Jure personarum.* nec non multis Juris textibus) à violentâ Juris correctione hic manus quoque abstinere volumus, conformes nos utique exhibitori, non inutili monito Jcti Contij in *lib. Disp. Jur. Civ. c. 10. & Harpr. in pr. J. d. usucap. n. 7.* præprimis eū nil absurdi importet ista retenta definitio; genus enim hic metonymice sumi, causamque poni pro effectu, notius est, quàm ut prolixiori probatione indigeat vid. in simili *Redker. in Exam. Inst. d. l. Bachov. Ludw. nec non Gypban. ad d. §. 2. J. d. J. Pers. Do nell. lib. 2. Comm. c. 9.*

§. 7. Secundum parere potest scrupulum vox Pecunia, quam multifariam in jure sumi, ex variis Juris discimus textibus: Sæpe enim in tam latiori eam accipi videmus significatu, ut omnia omninò comprehendat bona, quæ sunt in patrimonio, quo in sensu pecuniam accipit Jctus Paulus in *l. 5. pr. ff. d. V. S* five sint res mobiles five immobiles s. corporales five in jure consistentes, uti eam usurpasse d. Jctum Paulum videre est ex *l. 222. ff. d. V. S. vid. Calvinus in Lexic. Jurid. hac voce Lauterb. in Comm. jur. ad Tit. d. A. R. D. Jacob. Speidel. in Syllog. Jur. hac voce & quem ibi allegat Gædd. ad l. 5. ff. d. V. S. n. 7. Berlich. P. 2. decis. 262. a. n. 17. usque ad 20. Besold. Thes. Pract. Edit. Noviss. cum Addit. Dietherri, voce Geldt/ quo pertinere videtur locus Div. Augustini de Doctrinâ Christianâ ubi docet, quod pecunia sit omne id, quod homines possident in terrâ & quorum domini sunt,*



sunt, *pot. c. 1. q. 3. vid. Gæddæus c. 1. & Bitschius de thesaur. c. 2. §. 26.*

§. 8. Aliquando autem vocabulum pecuniæ paulo angustius sumitur, ita, ut eas saltem res complectatur, quæ pondere numero & mensura constant, quæque in oppositione ad res non fungibiles, eo quod una alterius vice in restitutione fungi possit, dicuntur fungibiles, quo in sensu accipitur JCto Paulo in l. 2. §. 3. ff. d. Reb. cred. *eis cert. pet. vid. Gloss. ad d. l. 2. Bartolus, Jason, Costal. alijque ad. dl. quod confirmat Ulpianus in l. 30. ff. de leg. 1. ubi Gothofred. lit. G. & Dd. vid. Lauterb. d. l. Besold. voce Geldt / Berlich. d. Dec. Gæddæus. ad l. 5. ff. de V. s. n. 23. Schard. in Lexic. Jurid. hac voce.*

§. 9. Præter has acceptiones in sensu propriissimo usurpari deprehendimus adhuc vocem pecuniæ, pro pecuniâ numeratâ tantum, omnique ære publicâ formâ signato, quo in vendendis emendisque rebus ac mercimoniis comparandis, uti solemus, quod alias rei Emptæ & Venditæ pretium appellamus, *vid. Vultejus in Comm. 3. ad pr. Loc. Conduct. n. 20. Ita utitur hac voce Ulpian. in l. 7. §. 3. ff. ad S. C. um Maced: vid. Lauterb. Supr. c. 1. nec non in l. 4. ff. de rebus cred. vid. Gæddæus. d. l. n. 35. quo & in sensu secundû communem loqvendi usum eam accipi testis est Bartolus ad l. talis scriptura 30. ff. de leg. 1. ubi ita quoque in statutis odiosis hanc vocem accipiendam esse docet, vid. Besold. in thes. Pract. supr. c. 1. Berlich. nec non Calvinus in Lexic. Jurid. d. l.*

§. 10. In hac nostra Definitione JCtus Paulus verbum pecuniæ nec priori modo in latiori sc. significatu, nec ultimo, in strictissima sc. significatione omnino; sed intermedio potissimum modo usurpat, ita ut non saltem denotet pecuniam signatam atque numeratam, sed rem etiam mobilem pretiosiore. Quod aperte decedit Imperator Leo in l. un. C. de thes. lib. 10 *vid. Bitschius d. l. Vultejus, Manzius & Harpr. ad §. 39. J. de R. D. Lauterbach, in Comp. Jur. ad tit. de A. R. D. Peretz in Comm. C. ad l. unic. de thes. n. 1. §. 11.*



§. 11. Restant adhuc ultima Definitionis hujus hæc verba examinanda: *Cujus memoria non extat, utjam Dominum non habeat*, quæ constituunt nobis differentiam inter Thesaurum propriè & impropriè ita dictum; Uri enim illam deum pecuniam inventionem nobis acquirimus nostramque facimus, quæ dominum non habet, aut de ejus deponente ex præsumptionibus apparere non potest, docente Dn. Brunmanno. ad l. 31. ff. de A. R. D. n. 2. ita & illa pecunia deposita propriè saltem thesaurus dicitur, cujus memoria non extat, Zæsius in Comm. ad ff. ad tit. de A. R. D. n. 22. Perez. ad l. un. C. de thes. Amajia in Comm. ad l. un. C. de thes. n. 3. ut recte contra excludatur & acquiri non possit pecunia, quæ vel Dominum habet, vel de ejus Dominio saltem ex præsumptionibus apparere potest Brunm. & Zæsius d. l. Hinc si pecunia sit recentis depositionis vel formæ, aut ex instrumento ibi incluso constet de Deponente, non censetur thesaurus l. a tutore 67. ff. de R. V. l. thesaur. 15. ff. ad exhibend. vid. Amaya. d. l. n. 9. adeo ut pecuniam istiusmodi reconditam surripienti lucrandiq; animo contrectans furri teneatur l. 31. §. 1. ff. de A. R. D. l. 44. ff. d. A. vel A. P. Harpr. ad §. 39. J. d. R. D. & A. R. D. Brunnem. ad l. 31. ff. de A. R. D. n. 2. Berlich. P. 2. Conduf. 66. n. 7. 8. & 14. Carpz. P. 2. Consf. 53. d. Def. Riccius Collect. Decif. 331. Amaya d. l. n. 20. ubi docet hoc casu illam pecuniam heredibus, si qui exstent, esse restituendam, aut illis non exstantibus Fiscum sibi illam vindicare. Add. Struv. Ex. 41. th. 53. Carpz. 2. 53. d. 10.

§. 12. His ita præmissis ad ipsam jam pergimus Theauri acquisitionem, ubi superfluum fore putamus justò prolixius hic afferre, alios in genere esse modos acquirendi rerum dominia ex J. Gent., alios ex J. Civ. Illosque his esse vetustiores, quod cum ipso genere humano rerum natura Jus Naturale prodiderit: Civilia vero Jura tunc esse ceperint,



rint, cum Civitates condi & Magistratus creari & L. L. scribi  
coeperunt, uti eleganter docetur in §. 11. *J. d. R. D.*

§. 13. Superfede debimus in præsentiarum quoque con-  
tentiosa illa JCtorum inquisitione: Quotnam acquirendi re-  
rum dominia Jur. Gent. constitui modi debeant? Num re-  
cte secundum *Harpr. Rittershus & Gyphar: ad §. 11. J. d. R. D.*  
DUODECIM, Num rectius secundum *Taborem in Juriss. Ele-*  
*ment. saltem UNICUS*, aut secundum *Subholt Disp. 4. rb. 19. & Vin.*  
*in Comm. Maj. ad d. §. 11. n. 4.* DUO: aut *Zæsius ad tit. ff. d. A.*  
*R. D. Redk. in Exam. 7. ad §. d. 11. q. 30. & Dn. Præsid. in Disp.*  
*11. d. Connexion. 7.* TRES, aut secundum *Gæddæum ad l. 23. d.*  
*V. S. n. 4.* QVATUOR, aut secundum *Pacium in tit. d. A.*  
*R. D. QVINQUE*: contenti sc. inter modos acquirendi  
J. Gent. referri etiam inventionem, quâ Thesaurum nobis  
acquirimus.

§. 14. Circa inventionem autem & Thesauri acqui-  
sitionem, principe loco consideratione dignum se offert lo-  
cus, qui cum in multiplici sit differentiâ, quod in hac materia  
non exiguum judicantibus parit difficultatem ac diversitatē,  
controversiisqve bene multis præbeat occasionem, non abs-  
re videtur, brevi verborum compendio, quotuplex ille sit,  
docere.

§. 15. Est ergo (1.) vel Subterraneus, vel supra ter-  
ram constitutus; Hæc tamen locorum diversitas circa acqui-  
sitionem thesauri non diversam operatur Juris dispositionē.  
Enimverò nihil omnino refert, num Thesaurus in terra  
absconditus, num muratus in muro, docente *Baldo ad l. 67.*  
*ff. d. V. S.* aut in angulo domus *Zæsius ad l. 3. §. Neratius n. 17.*  
*ff. d. A. P.* aut in foramine parietis, *Ang. Arc. tin. in l. 67. ff.*  
*d. V. S.* aut in Pila, inveniatur *Jason in l. 3. §. Neratius n. 7. ff.*  
*d. A. P. Schneidw. §. 39. J. de R. D. (2.)* vel simpliciter & ir-  
revocabiliter Proprius, vel dotatis, vel Emphyteuticarius  
vel



vel in Usumfructum datus, vel oppignoratus, vel longa possessione acquisitus, vel omnino alienus, isq; vel Sacer, vel Religiosus, vel Publicus, vel Privatus. In singulis quid Juris sit, in subsequentiis sigillatim exposituri sumus.

§. 16. Videtur interim hoc, de acquirendo Thesauro, Juris argumentum, quod teste *Bitschio in d. tr. P. 1. c. 1. pr.* multis subtilibus, difficilibus ac controversis questionibus implicatum est, commode absolvi posse, si illud certis regulis, quarum Ampliationes & Restrictiones subjecturi sumus, inclusum pro ingenij modulo pertractandum incipiamus, modo regulis illis distinctionem inter Licitam & illicitam inventionem præmiserimus.

§. 17. Illicita Jctis audit inventio, quæ fit artibus magicis, incantationibus, sceleratis puniendisq; sacrificiis, aut alia quavis arte legibus odiosa: *l. un. C. de thes. vid. Bartolus & Gloss. ad b. tit. l. 5. C. de Malef. & Mathem. Rosenthal in tr. de Feud. c. 5. Conclus. 92. n. 3. Vultejus lib. 1. de Feud. c. 5. n. 7. p. 96. Mynsing. & Schneidw. ad §. 39. J. de R. D. Card. Tusch. Pract. Conclus. 300. n. 1. lit. T. Berlich. P. 2. Conclus. 66. n. 6. & II. Amaya. in Comm. ad tres lib. Post. C. ad tit. de Thes.*

§. 18. Licitam contra dicunt Jcti inventionem, quæ jure non est reprobata; Illamq; subdistingunt, in eam quæ fit Fortuito, & eam quæ fit data operâ, absq; magicis tamen artibus. *vid. præalleg. Auth.*

§. 19. Fortuito talis inventio est, quando quis exempli gratia l. arando l. terram sulcando istiusmodi pecuniam, ceu Dei donum invenit *l. un. C. d. thes. l. 63. §. 1. ff. d. A. R. D. vid. Perez ad l. un. C. d. thes. n. 2.*

§. 20. Datâ operâ inventio est, quæ fit studio ac industria legibus minime prohibitâ, *vid. Harpr. J. d. R. D. §. 39. n. 2.*

§. 21. Prælibatis jam hisce omnibus, quæ in antecessum

B

sum



sum pramittenda videbantur, jam nos bonorum DEO, cu-  
jus utique auxilium devotis precibus imploramus, accingi-  
mus ad exponenda Jura, quæ circa thesauri acquisitionem,  
pro varia locorum distinctione, ex mente Justiniani in rerum  
obtinent argumentis, subjecturi hoc & sequenti capitulo  
duas generales regulas, quas intellectus §. 39. J. d. t. suppedi-  
tabit, Sit itaque.

## CAPUT SECUNDUM.

### Regula prima Generalis.

§. 1. **T**hesaurus quem quis in loco suo in-  
venit, totus inventori acquiritur.

Olim ne in proprio quidem fundo sine speciali Principis  
permissione facultatem alicui fuisse perscrutandi Thesauros,  
haud obscure colligimus, ex l. un. verb. initial. C. de thes. Ubi  
Imp: Leo cognomine Magnus aperte constituit, ut nemo  
in posterum super *Requirendo* in suo, vel alieno loco Thesauro  
vel super invento a se, aut aliis, effusis precibus, benignas  
sue majestatis aures audeat molestare; *Vid. Peretz in Comm.*  
*C. ad l. unic. de thes. n. 3. Gudelin. de J. Noviss. L. V. c. 3. p. 232.*  
quod tamen ut superfluum & invidia plenum sustulit prædi-  
ctus Imper Leo, d. l. un. C. quem postea secutus D. Justinia-  
nus Imper *qui in §. 39. J. de R. D. & A. R. D.* statuit, ut in suis  
quidem locis sine sceleratis puniendisq; sacrificiis, aut alia  
qualibet arte L. L. odiosa, Thesaurum quærere, quæsitumq;  
totum sibi acquirere liceat, *vid. Amaya. ad tres lib. post. C. in l.*  
*un. de Thef. & Bitschius in tractatu speciali de Thesauris sup. c.*  
*l. n. 53.*

§. 2. Et certè credimus duas potissimum rationes, cur  
in proprio solo inventori totum adjudicaverint Thesaurum,  
ipso movisse Imperatores. *Primò sc. Jus Inventionis, & Secun-*  
*do Jus Soli seu fundi vid. Harpr. ad §. 39. J. de R. D.* Jus enim



Inventionis ideo inventori totum tribuit Theſaurum, quia occupat rem, quæ nullius eſt & Dominum non habet *d. l. 31. ff. de A. R. D. junct. §. 12. Inſt. d. R. D.* in quo quidem cum Domino etiam convenit ille, qui in alterius fundo Theſaurum invenit: Dominiū autem Soli, vel Fundi proprietas ideo totū assignat inventori Domino Theſaurum, quia quaſi emolumentum recens obveniens rei ſuæ jure dominiū percipitur, cum in fundo eundem proprio quis invenerit: *Mantz in Comm. ration ad d. §. 39. Inſt. d. R. D.* quo ipſo utiq; ab illo differt Inventore, qui in alieno ſolo invenit, cui, quamvis, uti jam dictum, Jus Inventionis Theſaurum quidem appropriet, cum tamen non in proprio, ſed alieno ſolo invenerit, ſicq; non ut quaſi emolumentum ſuæ rei percipiat, ſed ex alterius re ſibi obveniens; ideo etiam quia invenit, dimidium quidem capit, ſed quia in alterius fundo invenit, Domino fundi alteram etiam partem reddit, vel certè reddere debet ut ſuo loco viſuri ſumus *vid. Harpr. d. l. & Johan. Brüning. diſcurſ. Paleſt. Imperial. V. th. 4. lit. E.*

§. 3. Duabus hiſce rationibus, cur in ſuo inventens ſolo Theſaurum ſibi acquirat, poterit ſuperaddi tertia, quod ideo ab Imperatoribus id conſtitutū eſſe videatur, quod veriſimile ſit, à Majoribus ejus, qui dominus loci eſt, & jure ſucceſſionis fundum habet (in ſucceſſore enim ſingulari illa æquæ præſumtio locum non habet, *reſerente Henrico Nebelkre lib. ſing. Dec. 9. ſub init.*) Theſaurum illum proveniſſe & ab inventoris antecceſſoribus de poſitum fuiſſe, *vid. Biſchius d. tr. P. 2. §. 197.*

§. 4. Adjiciunt alii quartam quod ſc. Theſaurus DEI ſit beneficium, quo beare inventorem voluit, quæ tamen ratio ſi fateri vera velimus, potius generalis, cur ſc. quilibet in genere Theſaurū ſibi acquirat, vel in totum vel pro parte, quam ſpecialis, cur in ſpecie ſc. inventor Dominus totum Theſau-



rum sibi acquirat, nobis videtur: De his omnibus *vid. Klock. de Aerar. lib. 2. c. 116. n. 7. & seqq. Brunm. ad l. un. C. de Thes. n. 2. in Exerc. Just. 6. §. 39. J. de R. Redeker in Exam Inst. ad tit. de R. D. q. 77. Card. Tusch. Pract. conclus. 33. P. 8. lit. T. Schneidw. in Comm. J. ad tit. de R. D. n. 6. Anton. Perez. ad l. un. C. de thes. n. 2. Berlichius P. 2. conclus. 66. n. 1.*

§. 5. Ita hanc Regulam generali hisce stabilita rationibus, ob pariles rationes adsubsequentes eandem extendimus casus &.

Ampliamus (*Primo*) Ut Thesaurus in suo loco inventus Inventori quoque totus cedat, etiam si Inventor locum in quo invenit Thesaurum alteri oppignoraverit, & hic Jure Creditoris illum possideat.

Non desunt quidem Juri, qui contrariae sententiae suum adpicere amant calculum, Tum quod JCtus Paulus in l. 12. §. 2. ff. quibus mod. pig. solv. disertè de creditoribus vindicationem rei, quam praesupponunt effectum esse Domini: Tum quod JCtus Cajus in l. 30. ff. de Noxalibus act. §. l. 9. pr. ff. de dam. infect. Creditoribus tribuat Jus in re; quæ duæ rationes adeo praegnantibus illis visæ sunt, ut nentiquam dubitaverint inferre: Quicumque habet Jus in re & actionem rei vindicatoriam, ille utiq; est fundi Dominus, & per consequens si debitor invenerit thesaurum, jure soli dimidium ad creditorem pertineat. Ceterum hisce non obstantibus, quarum solutionem publico conflictui reservamus, ne disputandi ansam praedisse videamur, nostram Ampliationem robur addimus ex l. 63. §. ult. ff. de A. R. D. ubi JCtus Triphoninus haud obscurè docet, quod fundus oppignoratus non Creditoris sed utique Debitoris, causaque pignoris à Dominio planè separata sit, l. 1. §. 2. ff. de pign. Imo & in contrarium allegata l. 30. ff. de noxal. action. & l. 19. de dam. infect. Creditorem domino opponit & in l. 11. ff. de dam. infect. is planè dominus esse negatur, ut



ut doctè deduxit *Bischoffius in sepius all. tr. de thes. P. 2. c. 7. §. 11.* Constitutio enim pignoris non transfert rei Dominum, §. 2. *J. quibus alien. licet, vel non. l. si Domin. 9. l. cum Domin. 13. C. de pign.* Sed pignus in dominio & rebus Debitoris manet, *vid Vinn. ad §. 2. J. quibus alien. licet, vel non* Undè haud dubitanter concludimus; quia in hoc nostro casu in Debitore inventore duæ illæ in totum acquirendi thesauri rationes concurrunt, Jus sc. Soli & Jus Inventionis, Debitorem totum sibi acquirere Thesaurum, *vid Amaya in Comm. C. ad l. un. de Thef. lib. 10. §. 28. Guttier. de Tutelis P. 3. Const. 26. C. J. A. ad tit. ff. de A. R. D. th. 19.*

§. 6. Ampliamus Regulam nostram (II.) ut Thesaurus in loco suo inventus totus acquiratur inventori, etiam si alius ejus fundi usum fructum habeat.

Circa hanc quoque Ampliationem in varia sententiarum Dd. abeunt divortia: Aliis nobiscum hanc propositam sententiam amplectentibus, Aliis contra contrariæ opinioni ad stipulantes, tum quod Ususfructuarius dicatur dominus & Ususfructus Dominii pars l. 8. *pr. ff. d. reb. autb. jud. poss. l. 3. in fin. ff. si. Ususfructus pet. l. 4. ff. de Ususfruct. l. 118. in fin. pr. ff. de V. O. l. 22. pr. ff. de aqua & aqu. pluv. arc. l. 72. §. 2. ff. de Fidejuss.* Tum etiam quod Ususfructuarius in l. 30. *ff. de noxal. act.* dicatur habere Jus in re: Quæ rationes, quamvis non nihil ponderis & speciem aliquam habere videantur, nobis tamen persuadere non possunt, ut relictâ nostrâ sententiâ in illorum castra temere descendamus; duæ enim in totum acquirendi thesauri rationes, Jus puta Inventionis & Soli in persona Proprietarii concurrunt; Neutrū vero in ususfructuario adest: non Jus inventionis, cum in casu proposito quæramus: quid juris sit, si ipse proprietarius, non si ususfructuarius Thesaurum inveniat: non etiam Jus Soli, quia (1.) in ususfructuario ne possessio quidem transfertur, uti eleganter docet, Imper *Justinianus*



in §. 4. J. per quas person. (2.) Dominium expresse ipsi dene-  
gatur in l. 63. ff. §. 3. de A. R. D. vers. itaq; unde hoc casu ni-  
hil ille, sed inventor Dominus sibi soli, acquirit thesaurum,  
vid. Binschius, d. l. §. 139. Hane def. in Exerc. Imp. q. 26. Berlich:  
Conclus. Pract. 66. §. 22. Et P. 2. Conclus. 2. m. 6. p. m. 28. Schneidm.  
ad §. 39. J. de R. D. n. 8. Dan. Molker lib. 4. Samest. 27. n. 4. post  
pr. Harpr. ad d. §. 39. J. de R. D. n. 16. seqq. p. m. 260. Nicolaus  
Boërius Decis. 224. n. 9. Amaya in d. Comm. C. ad tit. de thes. n.  
22. Carpz. in Jurispr. forens. P. 2. Const. ult. Def. 6. Ad ra-  
tiones in contrarium adductas publice volente DEO respon-  
dendi dabitur facultas.

§. 7. Ampliamus nostram Regulam (III.) Ut Thesaurus  
in loco suo inventus totus acquiratur Inventori, etiamsi hic  
præscriptione seu logi. temporis possessione ejus loci factus  
sit Dominus.

Rationem asserti iterum fundamus in Jure inventio-  
nis & soli. Cum enim longâ præscriptione Dominus fundi  
factus sit directus, Verus ac Perfectus (licet contrarium ad-  
struant referente Binschio sup. c. l. th. 174. arg. l. 11. ff. de R. J.  
l. 1. §. ult. ff. de Aq. & aq. plur. arc. l. 13. ff. §. 1. de Jur. Jurande  
Gloss. in l. 20. verb. usucap. C. de Pact. & in l. 8. pr. verb. alie-  
nam C. de perscript. 30. annor. Ang. Arctim. ad Rubrum J. de Us-  
suc. : n. 7. Schneid: §. 11. de R. D. n. 5. Et ad Rubr. J. de Usuc. n.  
26.) arg. pr. J. de Usucap. §. ult. J. de usu & hab. §. 11. J. de R. D.  
l. 28. ff. de R. J. §. 41. J. de R. D. l. 20. C. d. Pact. l. 1. §. ult. de  
Publ. in rem act. l. 7. §. ult. ff. pro emt. l. 10. ff. §. 2. de A. R. D. l.  
17. in fin. ff. de R. V. vid. Mynsing. ad Rubr. J. de Usuc. Fachin.  
lib. 1. controvers. c. 70. Donell. lib. 5. comm. c. 29. Bachow. in  
Not. ad Treutl. Vol. 2. Diss. 22. th. 7. lit. B. Colleg. Jur. Arg. lib.  
41. tit. 1. in fin. & tit. 3. th. 18. postquam scilicet Justinianus  
l. 1. m. C. de Usucap. transform. l. ult. C. de long. temporis per-  
scriptione l. 1. m. C. de Jur. Quir. coll. §. 40. J. de R. D. distin-  
ctione



Atione inter Dominum bonitarium & quiritarium, nec non differentiâ prædiorum soli Italici ac Provincialis sublatâ, jura Præscriptionum & Usucapionum confundere voluit, *vid. Bachov. ad. d. l. lit. B.* Ergo utiq; Jure soli totum in fundo suo inventum thesaurum sibi acquirit.

§. 8. Ampliamus Regulam nostram (IV.) Ut nimirum Thesaurus in loco suo inventus totus cedat Inventori, etiam si maritus in fundo dotali illum invenerit.

Variè circa hanc Ampliationem dissentire Dd., testes sunt Arius Pinell. l. 1. C. de Bon. Matern. P. 3. n. 12. seqq. Bachov. in animadvers. ad Treutl. vol. 2. Disp. 7. th. 6. lit. C. Qui negativam amplectuntur sententiam, fundamentum suæ negationis sumunt ex notabili l. 7. §. 12. ff. solut. matrim. Ubi dicitur: Si thesaurus fuerit inventus (intellige à Marito in fundo dotali) in fructum non computabitur, sed pars ejus dimidia restituetur (uxori scil.) quasi in alieno inventi ex ejus L. 7. §. 12. desumunt arg. (1.) Qvod fundus dotalis inibi dicatur alienus; expediti autem Juris sit in alieno solo inventum thesaurum non totum, sed pro parte saltem inventori acquiri, juxta divisionum traditam in §. 30. 7. de R. D. (2.) Qvod in d. l. dicatur teneri maritum ad restituendam thesauri partem; undè inferunt: E. in totum Maritum sibi thesaurum non acquirere. Cui sententiæ patrocinantur Gloss. in l. unic. vers. nam in suis C. de pbes. Castrensis in d. §. si fundum. 4. in fine ibiq; Jason. n. 5. & Zafius n. 6. Dd. nell. lib. 14. c. 4. Garfias de Expens. & Melior. c. 13. n. 3. & 6. Sixtinus de regal. lib. 2. c. ult. n. 49. Non movent nostram dictionem rationes ut in negantium abeamus sententiam, quin nostram porius confirmamus, ex eo, qvod quicquid Maritus invenit in fundo dotali, id in suo inveniat solo, cum sit rei dotalis Dominus pr. J. quibus alien. liceat l. non l. 7. §. ult. l. 60. §. l. 75. ff. d. Jure dotium l. 23. C. eod. l. 13. §. 2. ff. de fund. dotal.

Coys. hoc lex p. d. o. est.  
ma. to data caligant  
fit cum loc. p. d. m.  
re. uera. v. d. m. c. g. l.  
l. 20 § 4 d. Jure dotal.



*l. 21. ff. §. 4. ad municipal. l. 9. C. de R. F.* Cui proinde si ipse invenerit ob Jus inventionis & soli Thesaurus inventus in totum adjudicabitur *Bartol. ad l. 7. §. 12. ff. solut. Mat. ibiq. Baldus n. 1. in fin. Rosenthal. de Feudis conclus. 93. c. 5. Guttier. c. 3. de tutel. n. 15. § 16. Bachov ad Treutl. vol. 2. diff. 7. tb. 6. lit. C.*

§. 9. Ampliamus regulam nostram (V.) Ille Thesaurus, quem quis in loco suo invenit, totus sit inventoris, etiam si inventor fundum cum pacto retrovendendi emerit. **Im vorbehaltenen Kauff oder Wiederlöfung.**

*Contrarium tenet Berlichius P. 2. Conclus. Pract. 2. n. 27.* ubi sibi oppido gratulatur quod primus fuerit qui expresse, quid de hoc casu sentiendum sit, declaraverit, docendo: Thesauros non pertinere ad emptorem, sed sicuti alias in jure de Thesauro provisum est, pro dimidia parte emptori, tanquam inventori, pro dimidia vero venditori, tanquam fundi domino cedere. (1.) Quod Emtor cum pacto de retrovendendo non plus Juris habeat in illo fundo, quam usufructuarius, indeque saltem fructus percipiat (quorum vicem thesaurus non obtinet) & loco usurarum lucretur: Quod tamen nullo Juris textu, sine quo aliquid decidere erubescimus, probat. (2.) Quod Thesaurus inventus ab eo, qui revocabile rei habet dominium, non acquiratur totus, sed saltem pro parte *l. 7. §. 12. ff. solut. mat.* Emtor autem cum pacto de retrovendendo revocabiliter saltem Dominus factus sit, E, per consequens dimidiam etiam saltem thesauri partem lucretur. Hisce tamen rationibus non obstantibus, Ampliationem nostram, ceu magis veritati consentaneam probamus: quia primò emtor, ut ut cum pacto de retrovendendo fundum emerit, plenum tamen & verum ejus adipiscitur dominium, *l. 7. C. de Pact. inter emtor. arg. l. pen. §. ult. ff. de contrab. eme.* quod ipse Berlichius d. conclus. neg. non pot (2.) quia



(1.) quia ipse Emtor invenit Thesaurum, unde non trepidanti colligimus animo: Ubicunque fundus istiusmodi pleno Jure in dominio emtoris est, & emtor in isto fundo thesaurum invenit, ibi etiam Thesaurum in totum sibi acquirit, *vid. Ant. Faber in tr. de Error. Interp. pragm. Decis. 22. c. 1.* quod enim ab eo iterum Dominiū speretur, id neutiquam efficit, ut interim res ipsi acquisita dici non possit, *arg. l. 66. de R. V. l. 1. §. 4. ff. ad S. Cum Silan. vid. Bitschius d. l. ib. 192. Peretz ad l. un C. de thes.*

§. 10. Ampliamus Regulam nostram (VI.) Ut Thesaurus quem quis in loco suo invenit totus cedat inventori, etiamsi inventor locum illum nuperrimè emerit, modo venditori satisfactum & Emptori locus traditus sit.

Hujus Ampliationis ratio in patenti est, cum translaticium sit in Jure, Emptione & Venditione, traditione consummata, transferri rerum dominia in Emptorem, modo hic vel pretium exsolverit, vel alia quavis ratione volenti creditori satisfecerit, §. 41. *J. de Rerum Div.* ut adeo multoties in præcedentibus allatò generalis regulæ nostræ fundamento in hærentes, haud dubitanter iterum inferre sustineamus, quia Emtor, per tradita supra, factus rei venditæ Dominus verus & perfectus est, ipseque in fundo suo invenit thesaurum, rectè utique & Jus Inventionis & Jus Soli illum ipsi in totum assignat quod nobiscum affirmant *Peretz in Comm. C. ad lib. 10. de thes. n. 9. Zæsius ad til. ff. de A. R. D. n. 30. Ungebaur Exerc. Just. 5. q. 13. qui inibi alleg. Balduin. ad §. 39. 7. de R. D. verb. in loco suo: & Franc. Hotom. ad d. §. verb. naturalem æquitatem secutus*, quibus omnibus facem accendisse videtur *Scævola in l. 67. ff. de R. V. Conf. Bitschius in sapius all. tract. de Thesauris P. 2. c. 8. §. 196. Carpz. Jurispr. forens. P. 2. Const. 53. Def. 10. n. 15. Gaill. Lib. 2. observ. 15. pr. & n. seqq.*

§. 11. Ampliamus Regulam nostram (VII.) ut The-  
C saurus



thesaurus in loco suo inventus totus acquiratur inventori Emto-  
ri, etiam si sciverit in fundo illo Thesaurum absconditum es-  
se, venditorque ignoraverit.

Hoc asserendo videmur irritare Grabrone, nosque ma-  
ri committere cui enavigando vix suffectura est nostra na-  
vicula, cum tot tanti nominis sint Jcti, qui ponderosis argu-  
mentis contrariam acriter defendunt opinionem; tum quod  
Emtor jam ante venditionem censeatur invenisse thesau-  
rum, eo quod sciverit in fundo sibi vendendo eum abscon-  
ditum fuisse; tum etiam, quod dolus suus nemini debeat pro-  
desse, l. 1. ff. de dol. mal. l. itaq. 12. §. 1. l. cum qui 14. §. 3.  
ff. de furtis in dolo autem esse videatur Emtor, cum sciens  
venditori non revelaverit; His tamen & similibus rationi-  
bus nil quicquam nos moventibus, Ampliationem nostram  
probamus ex generali ratione, quod Emptione fit factus Do-  
minus, ergo & jure Soli & Inventionis Thesaurum totum suū  
faciat, quem pravia scientia adimere haud valitura est, ut po-  
te quæ hoc casu dolum non inducit, quoniam cum venditoris  
jacturâ (ceu qui acquisiturus non fuisset Thesaurum, sicque  
damnum non passus est) hic emtor non locupletatur, vid.  
Sixtinus de Regal. lib. 2. c. 21. n. 43. seqq. edition. 2. Heig. in qua-  
stion. jur. Civ. & Saxon. q. 13. n. 6. seqq. F. 1. Ungebaun Exerc.  
Justin. §. 9. 13. Perez in Comm. C. ad tit. de Thesauris n. 9.  
Harpr. ad §. 39. 7. de R. D. n. 10. ubi docet, quod quamvis hæc  
ita se habeant Stricto jure, ex æquitate tamen thesaurus hic  
inter emtorem & venditorem dividendus sit, cum scientia  
quodammodo in malâ fide constituat emtorem, qui nisi sci-  
visset reconditum fuisse Thesaurum, emturus non fuisset,  
nec venditor fundum venditurus, si thesauri notitiam ha-  
buisset, à quo non multum abludit ab Harpr. laudatus Birschius  
in d. 17. c. 8. 16. 205. qui approbat Francisci Conan. sententiam  
lib. 3. Comm. 3. Civ. c. 4. n. 4. asserentis, se, si talis in discepta-  
tione



tione forenſi incideret caſus; ita & non aliter judicaturū. Sed  
 nonne ſaltē remedio l. 2. C. de Reſcind. vend. hoc caſu locus eſt?  
 Reſp. Negando: Non neſcij à Jcto Romano & Alciato con-  
 trarium defendi: quia remedium L. 2. tunc demum procedit,  
 quando læſio in pretio interceſſit minimè proportionato rei  
 venditæ, quod de hoc noſtro caſu aſſeri haud poterit, eo  
 quod fundus, cujus pars Theſaurus non eſt, ut ſupra jam dixi-  
 mus, pro tali venditus ſit pretio, quod rei venditæ omni-  
 no reſpondebat, Harpr. d. l. Amaya ad tit. C. de theſ. n. 29. Co-  
 nan. lib. 3. Comm. J. Civ. c. 4. n. 4. Fachin. lib. 2. controverſ. J.  
 Civ. c. 20. verſ. 4. controvertitur pag. m. 244. Nebelkre deciſio-  
 ne 9. ſub fine verſ. 8. Mantica de tacit. & ambiguis conventioni-  
 bus lib. 4. tit. 16. n. 25. ſeqq. Bitſchius d. c. 8. theſ. 204. Valentinus ad  
 b. l. un. C. n. 37. Perez in prælectionibus C. ad l. un. C. de theſaur.  
 & quem ibi allegat Pinellus ad l. 2. C. de Reſ. Vend. P. 3. c. 4. n. 16.  
 §. 12. Ampliamus Regulam noſtram (VIII.) ut the-  
 ſaurus quem quis in loco ſuo invenit, Totus acquiratur in-  
 ventori, etiamſi alius in eo loco juſ Emphyteuticarium ſeu  
 Emphyteuſin habeat.

Circa hanc Ampliationem, tantum abeſt ut Jcti con-  
 veniant, ut potius alii ſtatuant, Theſaurum à Domino in fun-  
 do Emphyteutico inventum, inter Dominum & Emphyteu-  
 tam dividendum eſſe; ab ipſo vero Emphyteuta repertum  
 totū Emphyteuta cedere; Tum quod naturalis ſvadeat æqui-  
 tas ad ipſum commodum pertinere, quem alias ſeqvuntur in-  
 commodum. ſecundum naturam ff. de R. J. ad Emphyteutam at-  
 tem pertineat incommodum, §. 3. J. de loc. & cond. l. 1. C. de jur.  
 Emphyteut. juxta verſiculos:

Si perit tota liberabitur Emphyteuta:  
 Sed ſi pro parte, nulla liberabitur arte.

Tum etiam quod Emphyteuta ſimpliciter appelletur  
 Dominus l. poſſeſſores 12. C. de fundo Patrimoniali: Do-  
 minus autem Jure Soli totum ſibi Theſaurum acquirat,







te Dn. Strykiō in Exam. Juris Feudalis c. 1. q. 26. & c. 2. q. 25.  
 Struv. in Syntagma. Jur. Feud. c. 1. tb. 14. & c. 2. tb. 10. Mynsing:  
 centur. 4. observ. 91. Schnobel. Disp. Feud. 1. n. 13. Qvod eo usque  
 procedit, qvo usq; non apparet manifesta diversitatis ratio,  
 Stryk. d. loc. qvæ cū hic etiā reddi neqveat, indubitanter idē hoc  
 casu dicendum esse asserimus, qvod in præcedenti Juris esse  
 firmissimis suffulti rationibus statuimus; Tum qvod ad Va-  
 fallum saltem ususfructus fundi pertineat, tit. 23. verb. usus-  
 fructus igitur illius rei lib. 2. Feudor: in fructu autem Thesaurus  
 non sit, l. si qvi 63. ff. de A. R. D. l. si fundus 7. §. 12. solut. matrim.  
 Tum etiam qvod non Vasallus, sed Senior fundi Feudalis Do-  
 minus sit d. c. 23. 2. Feud. verb. ut proprietates quidem rei immobilis  
 Ergo jure Soli etiam totum sibi acquirat thesaurum, Tum eti-  
 am qvod ad Seniore & non ad Fidelem totius rei interitus  
 pertineat, arg. §. 3. Inst. de loc: & arg. l. 1 C. de Jure Emphyteut.  
 vid. Gilk. ad §. 39. J. de R. D. n. 36. etiam ex æquitate naturali  
 omne rei commodum ipsum sequi debeat, per l. secundum na-  
 turam, ff. de R. J. Hunn. variari: resolut. lib. 2. tr. 1. q. 37. & in  
 resolut. ad Treutl. Volum. posteriori Disp. 18. tb. 2. q. 16. p. 305.  
 Ungeb. Exerc. 5. Quest. 13. Harpr. ad §. 39. J. de R. D. Wissenb.  
 ad tit. ff. de A. R. D. Berlich. P. 2. Conclus. 2. n. 61. Schneidw. ad  
 §. 39. J. de R. D. n. 8. Ab hac tamen sententia non pauci Jcto-  
 rum recesserunt, qvi ob textum 1. Feud. 4. §. si quis demansio, ubi  
 incommoda sequi Vasallum dicitur, nec non ob textum  
 1. Feud. 4. c. un. ubi omne incrementum fundi Feudalis Vasal-  
 lo adjudicatur, & deniq; ob textum 2. Feud. 8. §. rei autem  
 ubi Vasallus fundi Feudistici Dominus audit, etiam statuunt;  
 Inventum Thesaurum ab alio, cum Vasallo & non Seniore di-  
 videndum esse, inventum vero ab ipso Vasallo, ei totum ce-  
 dere, qvos longā serie recenset Harpr. d. l. qvorum rationes  
 quamvis omni omnino pondere carere haud videantur, no-  
 stræ tamen inveniendæ sententiæ neutiquam credimus suffe-  
 cturas,

la infir  
 per. emp. 30  
 dicitur ad quemcuq;  
 spectat damnum  
 ad ipsum in nome  
 dum Cas. 3. R. 7



§. 14. Ampliamus Regulam nostram (X.) ut Thesaurus in loco suo inventus totus cedat inventori, etiamsi in fundo suo non fortuito, sed datâ operâ eundem invenerit.

Nil utiqve interesse putamus, siue Dominus fundi casu fortuito, seu datâ ad id operâ in suo fundo Thesaurum inveniat, quia in *l. un. C. de thesauris*, ut jam supra §. 1. dictum, Imperator Leo expressè unicuique dedit facultatem in proprio fundo inqvirendi Thesaurum, ut hinc, qui Jure sibi concessio utitur, nemini injuriam facere dici possit, quod ipsum eleganter confirmat *D. Justinianus §. 39. J. de R. D. vid. Mantz: ad §. 39. J. d. r. & Schneidw. cod. n. 6. conferatur Bitschius c. 2. §. 219.* Ubi §. subsequenti hanc ampliationem ita limitat, ut procedat nisi operam inventor adhibuerit Legibus odiosam, quod casu Fisco inventus thesaurus in proprio etiam fundo applicandus: & inventor insuper capitali poenæ subjiaciendus est, uti Imperator *Constantinus & Julianus in l. 5. C. de malef. C. mathemat.* se gladio ultore istiusmodi magicis artibus utentes persecutos minantur, *Mantz d. l. n. 44. Perez ad l. un. C. de thes. Schneidw. d. l. aliq. J. Cti.*

§. 15. Ampliamus Regulam nostram (XI.) & ultimo, ut Thesaurus quem quis in loco suo invenit totus acquiratur inventori, s. ipse, s. per alium Thesaurum inveniat.

Desumpsimus hanc Ampliationem ex *l. 36. ejus pr. & §. §. seqq.* ubi J. Ctus Tryphoninus non obscure docet, Dominum, Parentem, nec non qui usumfructum servi habet, per illos in fundo proprio sibi acquirere thesaurum, cujus ampliationis ratio in aprico est: Etenim aut Pater vel Dominus per filium vel servum inveniunt Thesaurum, & tunc quia fictione juris Pater & filius, Dominus & servus pro unâ habentur personâ, adeo, ut vox Patris & Domini sit tanquam filii & servi, & contra in omnibus rebus, quæ Patri vel Domino acquiri possunt, §. 4. *J. de inutil. stipul.* rectè per hos totum The-



Theſaurum, Pater & Dominus ſibi acquirunt, quo pertine-  
re videtur decantata illa juris regula; Quid quis per aliū facit,  
id ipſe feciſſe putatur. Aut (2.) quis per perſonam quam  
bonā fide poſidet Theſaurum invenit, & tunc, quia, quicquid  
ex re bonæ fidei poſſeſſoris acquiritur, id omne b. f. poſſeſſo-  
ri acquiratur, §. 4. *f. per quas perſonas nobis acquiratur*, rectè  
Theſaurum qui in re noſtrā invenitur, liber homo vel ſervus  
quem bonā fide poſſidemus totum nobis acquirat. Aut de-  
nique (3.) invenimus Theſaurum per extraneam perſonam,  
i. e. hominem liberum, qui neque Juri noſtro ſubjectus eſt,  
neque b. f. nobis ſervit, §. 5. *f. per quas perſonas nobis acquiratur*,  
quo caſu quia mandato noſtro, quod interceſſiſſe præſup-  
ponimus, perſona illa Theſaurum inquiſivit, mandatum hoc  
id operatur, ut ipſi inveniriſſe cenſeamur.

§. 16. Vidimus ergo huc uſque hoc Capite quid Juris ſit,  
ſi Theſaurus in loco proprio inveniatur; At enim cum non  
ſemper in loco ſaltem proprio, ſed etiam in loco aliquando a-  
lieno, caſu fortuito, vel datā ad id operā, eaque vel licitā vel  
Legibus interdictā Theſaurus inveniatur, Capite ſubſequen-  
ti, per regulam iterum Generalem, ejuſque itidem Amplia-  
tiones, quantā fieri poterit brevitāte id expoſituri ſumus,  
cuiam Jus noſtrum in alieno loco inventum Theſaurum ad-  
judicet. Sit igitur.

### CAPUT TERTIUM.

#### Regula generalis ſecunda.

§. 1. **T**heſaurus quem quis in loco alieno,  
caſu fortuito invenit, ex parte dimi-  
diā ad inventorem, ex partē alterā ad loci  
Dominum pertinet.

Brevi

*Quis qd nullus in  
bonis et in occupati  
gav. l. 2. §. 2. per  
fortuna. Item nullo  
modo dicitur et dimidiet  
in alioque quem nullo  
et l. 2. §. 2. per  
Brevi et arg. f. §. 2. f.  
quod per son. arg. arg.*



Brevi verborum cursu hoc exposcitur capite, an Thesaurus in loco alieno inventus totus inventori, an vero fundi domino, aut pro dimidia parte utrique illorum acquiratur, generalem pramittere necesse duximus Regulam, desumptam ex §. 39. *J. de R. D. l. 4<sup>ta</sup>. C. de Thesauris l. 63. ff. de A. R. D. in cujus l. §. 2. & ult. notanter docet J. C. Tryphoninus, Semper unam partem loci dominum, alteram vero inventorem hoc casu sibi vindicare; quæ doctrina suis non destitutam firmissimis argumentis credimus, de quibus ex illis constare poterit, quæ fufius diximus *supra c. 2. §. 1.* Ubi duplicem acqvirendi Thesauri dedimus rationem, *JUS* sc: *INVENTIONIS*; Quod quæ nullius sunt, naturali ratione adjicit occupanti, §. 12. *J. de R. D. & A. R. D. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de A. R. D. Carpz. Jurispr. forens. P. 2. Const. §. 7. D. 9. n. 1. & JUS SOLI, quod ex naturali itidem æquitate Thesaurum Domino loci attribuit, ad quem, uti naturaliter omne incommodum & periculum pertinet, ita ipsum etiam omnis ejus utilitas, sive intra sive supra terram sit, sequi debet, *vid. Bifschius d. tr. P. 2. c. 8. n. 245.* adeo, ut, in cujus personam ambæ hæ concurrunt rationes, illi totus cedat Thesaurus, pro quo verò alterutra saltem militat juris ratio, alteram quoque thesauri partem solummodo habeat; Hæcibi examinata, præsentiregulæ nostræ firmandæ, jam applicamus, nulli dubitantes, ideo D. Adrianum, nostrumque Imperatorem Justinianum Augustum hoc casu neutri totum assignasse Thesaurum, quia in neutrius personam præfata duæ simul rationes concurrunt; Quamvis enim Inventori *JUS INVENTIONIS*; quod naturali innicitur æquitati, Thesaurum adjudicet, adimit tamen ipsi alteram partem, deficiens *JUS SOLI*, quod naturali etiam æquitate neutriquam destituitur; Ut Ergò Jus suum, quoad fieri possit, cuique secundum tertiam generalem Juris regulam, possit,**



§. 1. 7. de 7. & 7. tribueretur, æquum visum fuit Legislatoribus, cum à parte Inventoris, Jus inventionis unam partem, à parte vero domini, jus fundi alteram partem postulet, inventum in loco alieno Thesaurum in duas dividere partes & utrique illorum dimidiam assignare, §. 39. J. de R. D. l. 3. §. 10. de Jur. Fisci. Nov. Leon: 51. l. un. C. de thes. l. 10. l. 15. l. 67. de R. V. l. 3. §. 3. ff. de A. P. l. 22. pr. ff. famil. hercis. l. 4. §. 6. ff. ad. L. Jud. Pecul. Carpz. P. 2. Const. 53. D. 5. Berlich: P. 2. Conclus. 66. n. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præf. 30. n. 6. vers. is tamen thesauri Inventor: Justus Meyer in C. J. A. ad tit. de A. R. D. n. 48. Card. Tusch. Præd. Conclus. Tom. 8. lit. T. Conclus. 300. n. 2. seqq. Heig. P. 1. q. 13. n. 56. Broëus ad §. 39. 7. de R. D. Bittschius d. tr. P. 1. c. 8. §. 245. Amaya & Perez ad l. un. C. de thes.

§. 2. Antequam autem ad hujus Regulæ pergamus Ampliationes, necessarium præmonere duximus, nos hanc regulam generalem, non sine causa concepisse de inventione in alieno loco, quæ sit casu fortuito: Quomodocunque enim datâ operâ thesaurus in fundo alieno inveniatur, totus est ejus, qui soli dominus est, quia non licet in alieno quærere thesauros d. §. 39. J. de R. D. l. un. post pr. C. de thesaur. Petr. Heig. p. 1. q. 13. n. 56. Carpz. p. 2. const. 33. def. 5. n. 1. Deinde illam ejusque Ampliationes jam jam subjiciendas, intelligi nos velle de illo tantum loco alieno, qui alicujus privati est; Expedi enim scire, si Thesaurus in alieno reperiatur loco, num hoc in istiusmodi alieno fiat loco, qui nullius est, num vero in illo, qui est alicujus: Et hoc iterum casu non ignorare, num ille sit Publicus, vel Fisci, vel Cæsaris, num vero privati, vid. Justus Meyer in C. J. A. ad. tit. de A. R. n. 48. Hisce præmissis.

§. 3. Ampliamus Regulam nostram (1.) ut Thesaurus

D

rus



rus in alieno inventus solo, pro dimidiâ parte acquiratur Inventori, pro alterâ vero dimidiâ fundi domino, etiam si Creditor invenerit in fundo sibi oppignorato.

Nititur hæc Ampliatio generalis regulæ nostræ fundamento, sc. quod, quia in Creditore non concurrunt ambæ, in solidum sibi acquirendi rationes, puta *JUS SOLI & INVENTIONIS*, ergo Creditor etiam sibi totum Thesaurum, in fundo oppignorato inventum, acquirere non valeat, *vid. Amaya in Comm. ad 3. lib. post. C. l. un. de Thes. n. 28. Zæsius in Comm. ad ff. tit. de A. R. D. n. 28.* quod autem rei oppignoratæ Creditor non sit Dominus, hoc satis supra §. 5. c. 2. evidentissimis juris textibus probatum, ut proinde hæc talia repetere superfluum sit. Addatur. l. clarissima 63. §. f. ff. d. *adquir. rer. dom. Glossa. ad §. 39. J. de R. D. verb. in suo.* Anton. Faber *ibid. n. 3. Garfias de Expensis & Meliorationibus c. 22. n. 51. Ungeb. Exerc. Just. 5. q. 13. in Neg. Bilschius P. 2. c. 8. §. 248.* ubi addit, hoc adeo verum esse, ut Creditor nequidem pignoris jure alteram dimidiâ partem, quæ domino seu debitori jure Soli debetur, tam diu detinere possit, donec debitum solvatur ex *Molinao in Consuetud. Parisiens: tit. 1. §. 55. n. 48. & Gothfr. in Not. marg. ad Schneidw. qui contrarium tuctur §. 39. J. de R. D.*

§. 4. Ampliamus Regulam nostram (II.) Ut Thesaurus pro dimidiâ parte in alieno inventus solo, acquiratur Inventori, pro alterâ vero dimidiâ fundi Domino, etiam si usufructuarius inveniat in illo fundo, in quo usumfructum habet.

Est enim hæc Ampliatio impugnari videatur per illa quæ in §. 6. c. 2. attulimus, cum tamen in Inventore usufructuario deficiat Jus Soli, cum ne quidem possessio in ipsum transeat, per §. 4. J. *per quas personas: & alios Jur. textus: quos vid. supra cit. l.* rectius concludimus, ergo jure sal-



saltem inventionis partem Thesauri sibi vindicat: *vid. Berlich P. 2. Conclus. 66. §. 22. & P. 2. Conclus. 2. n. 6. Henricus Nelskelra lib. 1. Dec. 10. p. 119. & seqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 21. p. 50. seqq. Edit. 2. Carpe. P. 2. Const. 53. def. 6. n. 1. seqq. ubi hanc addit rationem, quod thesaurus non sit fructus fundi nec naturalis nec civilis, l. divorcio 7. §. si fundum 12. ff. sol. matr. nec etiam pars vel portio aliqualis fundi, sed res prorsus separata nil cum fundo commune habens, l. 3. §. Neratius ff. de A. l. A. P. Ergo plane etiam ad usufructuarium non nisi jure inventionis pertinere possit, quod inibi etiam præjudicio confirmat, jung: Ungeh: Exerc. 5. q. 13. in Neg: Amaya ad lib. 10. C. de Thesaur: n. 23. & Valenz. ad d. l. un. C. de thes. n. 8. 62. seqq. Garsias de Expens. & Mel. c. 22. n. 49. seqq. Castill. de usufructu c. 37. n. 20. Brunnem. in Exercit. Justin. ad §. 39. J. de R. D.*

§. 5. Ampliamus Regulam nostram (III.) & (IV.) Ut Thesaurus pro dimidiâ parte in alieno inventus solo acquiratur inventori, pro alterâ vero dimidiâ fundi Domino, etiam si Emphyteuta vel Vasallus in fundo Emphyteutico, seu Feudali invenerit.

De hac Ampliatione ex natura Correlativorum constabit ex illis, quæ copiosius diximus *supra* C. 2. Ampl. 8. & 9. §. 12. & 13. Ne igitur crambem bis coctam iterum apponere videamur, illis hic iuxta prolixiori ordine repetendis supersedemus, allaturi saltem rationes, quas pro confirmandâ hâc ameliatione credimus utique facturas: Veram proinde hujus ampliationis rationem in eo consistere autumamus, quod in Vasallo æque ac in Emphyteuta deficiat Jus Soli, quod de Emphyteuta probare non multæ molis erit, cum hic in recognitionem dominii quotannis certum exsolvere domino concedenti teneatur canonem, §. 3. J. de locat. verb. pensio pro his Domino præstetur Et l. 1. verb. fundum fruendum conduxe-



runt ff. Si ager vectigalis petatur, notanter saltem usumfructum fundi Emphyteutici habere dicatur, ergo utique soli Emphyteutici dominium non habet, nisi dicere velimus; posse aliquem dominum esse & tamen in recognitionem Domini certam solvere pensionem: & Possesse aliquem habere simul rei dominium & ejusdem rei servitutem, quod absurdum. Non Majoris laboris erit, hæc eadem etiam de Vasallo asserere; Enim vero ipsum saltem usumfructum habere fundi Feudalis, erudimur ex tit. 23. verb. *ususfructus vero illius rei* 2. F. & non illum, sed Senioresse fundi in feudum concessi dominum, docet dispositio feudalis, 2. F. 23. verb. *ut proprietas quidem rei immobilis*, ut hinc, nisi absurditatis argui velimus, recte inferre teneamur; Quia ususfructus formalis & proprietas ejusdem rei penes unam, eandemque personam eodem esse tempore non possunt; Vasallus autem usumfructum saltem fundi feudalis habet, ergo ipse etiam fundi Dominus esse non potest, & per consequens cessante jure Soli, nec hic nec Emphyteuta totum sibi Thesaurum acquirit: *Hannius variar Resolut. l. 1. tr. 1. q. 37. Et in Resolutione ad Trentl. Volum. post: Diss. 18. th. 2. q. 16. aliq. Juris Interpretes quos supra C. 2. Ampl. 12. Et 13. integro catalogo recensuimus, quibus etiam ad stipulatur Ungebaur Exerc. Justin. 5. q. 13. in Nego.*

§. 6 Ampliamus Regulam nostram (V.) Ut Thesaurus pro dimidia parte in alieno inventus solo, acquiratur inventori, pro altera vero dimidia parte fundi domino, etiam si Colonus invenerit in fundo, quem ad longum tempus conduxit.

Minori hæc Ampliatio videtur laborare difficultate quam superiores; licet enim multis auctoritatibus probare nitatur *Tiraq. de retract. §. 1. Gloss. 14. n. 79. Et 8. Et Valasc. de emphyteusi quest. 29. n. Et seqq. allegante Bittsch. p. 2. c. 8. n. 167. quod locatio ad longum tempus, æque ac Emphyteusis emphyteutæ,*  
con-



conductori utile tribuat Dominium, & proinde rationes, quæ pro emphyteuta, quod is totum thesaurum inventum sibi adquirit, militare poterant, hic quoque locum habere videantur, tamen cum nullibi in jure deprehendamus desinere locatorem locando fundū ad longum tempus esse dominum, nec locationem nequidem utile dominū, sed usū saltem rei in Conductorem transferre, *tot. tit. f. & ff. locat. Conduct.* Imo hæc locationis species, uti alia, similis saltem Emphyteusi dicatur; Emphyteuta autem *per dicta in precedenti ampliatione*, per concessionem Emphyteusis nequidem fiat fundi Emphyteutici Dominus: indubitanter etiam concludimus, hoc casu ob deficiens jus soli conductore talem unam saltem, jure inventionis, thesauri inventi partem sibi, acquirere.

§. 7. Ampliamus Regulam nostram (VI.) Ut Thesaurus quem quis in loco alieno invenit, pro dimidiā parte inventori, pro alterā vero dimidiā loci seu fundi domino acquiratur, etiam si pristinus Dominus in illo invenerit fundo, in quo alius non nisi præscriptione & longi temporis possessione dominium sibi acquisivit.

Hanc Ampliationem hodie firmiter procedere eò lubentiores asserimus, quo certiores novimus, hodie sublatā *per l. un. C. de usucap. transform.* omni usucapionis & præscriptionis, ratione effectus sc: differentiā, æque rerum Domina præscriptione ac usucapione acquiri *per ea quæ supra ad C. 2. §. 7. Ampl. 3. diximus* ideo, Dominio fundi per longi temporis præscriptionem in bonæ fidei possessorem translato, *arg. pr. f. de usucap. §. ult. f. de Usu & habitatione & aliis benemultis Juris textibus*, non titubanti concludimus animo, pristinum dominum in illo fundo quem alter longā possessione acquisivit, invenientem Thesaurum ob deficiens jus Soli, non totum, sed partem ejus saltem dimidiam jure inventionis

nis



nis sibi acquirere. Conf. Juris Interpretes, quos supra probanda  
ampliationi tertia C. 2. addidimus.

§. 8. Ampliamus Regulam nostram (VII.) ut Thesaurus quem quis in loco alieno invenit pro dimidiâ parte inventori pro alterâ vero dimidiâ fundi domino acquiratur, etiam si venditor in eo invenerit solo, quem post acceptum fundi venditi pretium Emtori tradidit.

Ratio hujus manifesta est, eo quod venditor disinat esse rei venditæ Dominus, quam statim pretium conventum ipsi solutum, vel aliâ quavis ratione ipsi volenti satisfactum, & fundus emtori traditus est, per §. 41. f. de R. D. & A. R. D. quare, quamvis jure inventionis sibi totum Thesaurum inventum adjudicari petat, repellendus tamen est, cum in ejus personâ dificiat jus Soli, quod in Emtoris personâ hoc operatur, ut Venditor in Emtoris solo inventum Thesaurum cum Emtore dividere teneatur, Carpz. Jurispr. forensi P. 2, Conf. 53. Def. 10. n. 15. Bitschius d. tr. P. 2. C. 7.

§. 9. Ampliamus Regulam nostram (VIII.) Ut Thesaurus, quem quis in loco invenit alieno pro unâ parte inventori, pro alterâ vero dimidiâ fundi Domino acquiratur, etiam si mercenarius Domini, in loco ejus invenerit.

De hujus Ampliationis veritate non est, cur anxie solliciti simus, ut pote cum tralatitium sit, istiusmodi mercenarium, qui diurnas nobis operas pro mercede & cibariis locat, vel pars familiæ nostræ est, Germ: Ein Tagelöhner oder Dienstboht / (modo non in specie ad hoc conductus sit, sed aliud agendo, casu fortuito in Thesaurum inciderit, v. g. arando, aut ædes alienas reficiendo, l. un. C. de thes. ibi si forte. arg. l. 63. §. 3. ff. de A. R. D.) non nobiscum, ut servum, utnam intelligi personam, quamvis servi loco sit l. 1. §. 18. l. 29. ff. de



*ff. de vi & vi armata l. 4. ff. de usu & habitatione; nec quicquid ille acquirit nobis, sed sibi ipsi acquirere: vid. Bittschius P. 2. c. 8. n. 252.* Hinc, ut quilibet extraneus in loco alieno inveniens Thesaurum, ceu DEI beneficium & donum fortunæ *l. un. C. de thes. jure inventionis sibi dimidium merito acquirit.*

§. 10. Hucusque Animus est regulam extendere nostram, non ignari, plures ab aliis JCtis adhuc afferri Ampliationes, de quarum tamen decisionibus ex jam dictis unicuique sufficienter constare posse, omnis qui saltem mediocriter in jure versatus est, nobiscum non diffitebitur. Hæc ergo & de loco Alieno, qui tamen alicujus proprius est, dixisse sufficiant: Antequam tamen nostræ disputationi ultimas imponamus manus, summo digito & quasi per indicem exposituri sumus, quid juris sit (primo) in loco alieno, qui quidem alicujus est, sed non privati, Cæsaris sc. Fiscalis aut Publicus: (secundo) in loco qui nullius est, & (ultimo) summarie & leviter saltem visurifumus an moribus nostris hæc jam ita rationibus stabilita Thesauri jura adhuc in viridi sint observantia: Quare ordinem istum servaturi, de Thesauo in loco Cæsaris invento, sequentem subjicimus regulam.

§. 11. Thesaurum quem quis in loco Cæsaris, casu fortuito invenit, pro dimidia sibi acquirit inventor parte, pro alterâ vero dimidiâ Cæsari. Desumpta est hæc Regula ex apertis juris textibus, §. 39. *J. de R. D. vers. Et convenienter si quis l. non intelligitur 3. §. si in locis 10. ff. de Jur. Fisc.* & nititur manifesta illa sæpiusque adducta juris ratione, quod æquitati naturali conveniens sit, ut qui in alieno fundo, qui tamen alicujus proprius est, Thesaurum non datâ operâ invenerit, ejus dimidium jure inventionis ceu fortuna beneficium



neficium sibi habeat, *vid. Berlich, P. 2. Conclus. 66. n. 13. C. J. A. ad tit. ff. de A. R. D. n. 48. Birschius c. 2. c. 8. n. 253.*  
 Idem dicendum esse monent prædicti Jcti in Thesaurio in-  
 vento in loco Publico per § 39. *J. de R. D. Gl. 3. §. 2. ff. de jur. Fisci,*  
 nec non de loco fiscali per d. § 39. *J. de R. D. l. 3. §. penult.*  
*ff. de Jur. Fisc. Nov. Leo 51. l. un. C. de Thef. l. 10. 15. 67. ff. de*  
*R. V. & alios passim juris textus ut nempe dimidium in-*  
 ventori, alterum vero Civitati aut fisco acquiratur. Cum  
 in his locis eadem juris militet ratio, ergo & eadem valitu-  
ra sit juris dispositio: *Cardin, Tusch. P. 2. Con. 300. lit. T. n.*  
*2. Tom. 8.*

11  
 11  
 §. 12. Sed quid si his & similibus locis inveniens  
 Thesaurum, l. non indicaverit eum fundi Domino, l. celare  
 non valens, minus quam invenit fassus fuit?

Communis ferè Doctorum opinio est, hoc casu celantem  
 inventorem aut minus indicantem arbitrariæ subjici posse  
 poenæ, aut Juris jurandi religione adstringi, ut inventi, à se  
 Thesauri quantitatem fateatur, *Dan. Möller in Comm. ad*  
*Const. Saxon. P. 2. Const. 53. n. 7. sub fin. nec non lib. 2. Semest.*  
*c. 27. n. 2. vers. ut hoc addam. Ubi se ita decisum esse scire do-*  
*ctet. Berlich. P. 2. Conclus. 66. n. 33. Johan. Harpr. ad §. 39. J.*  
*de R. D. n. 40. Heig. P. 1. q. 13. n. 57. Carpz. in Jurispr. Fo-*  
*renf. P. 2. Const. 53. Def. 7. & in Praxi Crimin. P. 2. q. 86. n.*  
*22. seqq. Menoch. lib. 1. præsumpt. 30. n. 7. Imo si homo*  
 levis sit & de perjurii metu suspectus, etiam torturæ eum sub-  
 jici posse, ut Thesauri inventi summam manifestet, do-  
 cent prædicti Auctores, ubi Carpz. id tribus confirmat præ-  
 judiciis & ita non solum à Scabinis Lipsiensibus, sed & Wit-  
 tenbergensibus pronunciatum esse testatur *Berlich c. l. & ex illo*  
*Harpr. d. n. 40.*

Hæc de locis alienis quæ tamen alicujus. De loco ve-  
 ro



re Sacro & Religioso, sequens sit observanda Regula:

§. 13. Thesaurum quem quis in loco Sacro vel Religioso invenit, totum sibi acquirit.

Suppeditat nobis Imperi Justinianus hanc Regulam in §. 39. 7. de R. D. ubi D. Hadrianum secutus, ita pronunciat; Idemque statuit, si quis in Sacro vel Religioso loco fortuito casu in vererit; Cui è diametro contraria esse videtur sententia Div. Fratrum Mart. Aurelii Antonini & Veri Commodi Imperatorum, quam exhibet J. C. Callistratus in l. 3. §. 10. ff. d. Jur. Fisci, ubi pro dimidiâ in his locis inventum Thesaurum, D. Fratres inventori, pro alterâ vero dimidiâ Fisco adjudicant; Hæc sic satis gravis jurium deversitas, adeo omnem exercuit Interpretum ætatem, teste Amaya in Comm. C. ad l. un. de thes. n. 41. ut etiam nonnulli, præsertim recentiores, quorum nomina prolixiori catalogo exhibet Harpr. ad h. tit. non erubuerint, contra apertum Justiniani pronunciatum in l. 1. §. nulla 8. l. 2. §. contrarium, 15. C. de Vet. Jur. Enud. apertam & inextricabilem hic concedere Juris Antinomi- am; Alii contra tentaverint quidem horum textuum conciliationem, sed successu parum felici, quarum septem recenset Berlich. P. 2. Conclus. Pract. 66. n. 16. tres Ungebaur Exerc. Justin. 5. q. 13. quinque Wissenbach in Comm. ff. 18. n. 13. Nobis, salva aliorum opinione, cum Amaya ad l. un. C. de thes. n. 43. Wissenbach. d. l. Hotomanno §. 42. J. de R. D. Jacobo Cujac. lib. 9. observ. 37. n. 10. seqq. Peregrino de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 3. Carpz. P. 2. Cons. 53. Def. 5. in fin. Bittschio tr. d. §. 135. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 20. thes. 2. lit. C. aliisque non infimi subsellii J. C. sedet sententia, facili negotio hos posse conciliari textus, si modo probe animadvertamus mirum in modum variasse Imperatorum circa thesaurum acquirendum

E

con-



constitutiones, referreque JCrum Callistratum in d. l. 3. ff. de Jur. Fisci D. Fratrum Sententiam in §. vero 39. Inst. recensere Imperatorem Antecess. Adriani opinionem, quam etiam Imperator noster Justinianus ceu æqvitati naturali magis convenientem approbando Div. Fratrum sententia prætulit; quod pluribus deducit Cujacius c. l. & in recitat: ad l. 3. §. pen. ff. de Jur. Fisci ut & in notis ad §. 39. J. de R. D. Donnell. lib. 4. Comm. c. 14. Amaya & Carpz. d. Def. 5. ubi n. 6. docet hanc Jurium diversitatem Triboniani imprudentiam nobis reliquisse. Rationem vero Regulæ nostræ in eo consistere putamus, quod naturâ æqvum sit, illud quod nullius est & in nullius loco inventum, cedere inventori, Wesenb. §. 39. J. de R. D. conferatur Grotius in tr. de Jur. belli & Pacis lib. 2. c. 8. §. 7.

§. 14. Coronidis loco, an hæc Jura circa Thesauri inventionem & inventi acquisitionem, moribus etiâ obtineant nostris, an vero ab usu fori recesserint, paucis addamus. Notius equidem est, quam ut prolixiori indigere videatur probatione, jure Romanorum circa thesauri inventi adjudicationem, mire Imperatorum variasse sententias, quod curiosa historiarum evolutio ac diligens eaqve crebra constitutionum Imperialium lectio, unumquemque satis superque docebunt, vid. textus C. Theodosinai sub: tit. de Thesauris, ubi diversa exstant de Thesauris Imperatorum constitutiones, conferatur Cujac. lib. 9. observ. 37. n. 10. seqq. ubi & bene multas Imperatorum circa Thesauros diversas recenset sententias, Jung, Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 20. Thes. 2. lit. C. & in Comm. ad Inst. §. 29. de R. D. n. 3. Grot. de Jur. belli & Pac. lib. 2. c. 8. §. 7. confirm. idem Tacitus Annalium lib. 16. & Historia Lampridii, Zonara ac Cedrini esse Grot. de Jur. B. & P. d. 1. & Job. Fried. Gronov. in Not. ad eund. d. l.

Mores



Mores autem quod attinet nostros communiter ferè  
 sentire deprehendimus Doctores, hodie Universali Ger-  
 mania consuetudine, Thesauros, ut Res alias hero ca-  
 rentes, *Grot. de J. B. & P. c. 8. lib. 2. §. 6. Principes & Fiscum Ju-  
 re Regalium sibi adscribere, 2. F. 56. c. un. quæ sunt. Regalia: Wis-  
 senb. in Comm. ff. ad tit. de A. R. D. Disp. 18. n. 15. Francisc. Amajia l.  
 un. C. de thes. n. 49. Fin. ad. §. 39. J. de R. D. Struv. in Syntag. J. Civ.  
 Exer. 41. th. 54. & in Syntagm. Jur. Feud. c. 12. aph. 5. n. 3.* tam in  
 proprio quam alieno fundo repertos, eosque vel integros vel  
 pro parte, *Perez ad l. un. C. de thes. n. 14. Bachov. ad Inst.  
 §. 39. de R. D. n. 4. Zæsius in comm. ff. ad tit. A. R. D. n. 31.  
 Albertus Gentit. disp. 10. in Notis ad Treutl. Vol. 2. quod*  
*his tribus probant rationibus (1.) quod qui sepeliunt pe-*  
*ecunias faciant contra constitutionem l. 4. ff. ad L. Julian.*  
*peculat. & hinc (2.) cum Fiscum tributis defraudent, Prin-*  
*cipes jure cujusdam compensationis recte thesaurorum,*  
*partem sibi vindicare possint; quibus accedit (3.) quod the-*  
*saurus nullius, nec pars fundi sit, utque adeo Principes jure*  
*superioritatis territorialis partem quandam citra alicujus*  
*injuriæ ex thesauris ubicunque repertis sibi appropriare,*  
*valeant, ut sic, quia neminem reddunt pauperiorem, æra-*  
*rium suum augeant, publica que onera sustineant, prout ali-*  
*quando fecisse Principes, docent historia & nostri Inter-*  
*pretes ad l. un. C. de thes. vid. Peretz ad l. unic. C. de thes.*  
*n. 15. quam doctrinam immerito injuriâ accusari do-*  
*cet Magnus Grot. in elegant scripto de Jur. B. & P. d. lib. 2. c.*  
*8. §. 7. in fin. ubi eandem, ut Jus Comm. & quasi Gent.*  
*obtinere asserit, cui ad stipulatur Cyprianus Regnerus in*  
*Cens. Belg. ad Inst. §. 39. de R. D. Non tamen generaliter,*  
*circa hanc materiam abrogatum esse Jus Civile, sed*  
*in nonnullis adhuc observari terris tradit Lauterbach in*  
*comp.*




*comp. Jur. Civ. ad tit. ff. de A. R. D. ubi contra Grot. d. l. Juris Civilis ad huc hodie observari dispositionem, in decisione forensi casuum circa acquisitionem thesauri obvenientium, in Hispaniâ ex Molineo de Just. & Jur: Galliâ ex Papon: in suis Arrestis. Nostro Imperio, ex Sixtino de Regalibus lib. 2. c. fin. n. 1. Heig. lib. 1. q. 73. & Saxonia, cum Berlich. P. 2. Conclus: 66. n. 21. statuit, Ad d. Carpz. p. 2. consl. 53. Def. 4. in quam messem falcem nostram non immittimus, sed ex singulorum locorum statutis, quæ omnia inspicere non licuit, id dijudicandum, non dubii putamus, eo usque etiam Grotio fidem habituri, qui in Daniâ Jure Regalium Regi inventum cedere thesaurum, d. l. testatur.*

Quibus dissertationi nostræ colophonem feliciter imponimus Deo O. M. pro præstito hætenus adjutorio gratias devotas agentes, studiorumque porro nostrorum cursum eidem humillimè commendantes,


FINIS.













Mores autem quod attinet  
sentire deprehendimus Doctor  
manix consuetudine, Thesaur  
rentes, *Grot. de J. B. & P. c. 8. lib. 2.*  
re Regalium sibi adscribere, *2. F. 5.*  
*senb. in Comm. ff. ad tit. de A. R. D. Dis*  
*un. C. de thes. n. 49. Vin. ad. S. 39. J. d.*  
*Exer. 41. th. 54. & in Syntagm. Jur. A.*  
proprio quam alieno fundo repe  
pro parte, *Perez ad l. un. C. de*  
*S. 39. de R. D. n. 4. Zæsus in com*  
*Albertus Gentit. disp. 10. in Not*  
his tribus probant rationibus (—  
eunias faciant contra constitui  
*peculat, & hinc (2.) cum Fiscum*  
cipes jure cujusdam compensa  
partem sibi vindicare possint; qu  
saurus nullius, nec pars fundi sit,  
superioritatis territorialis parte  
injuriam ex thesauris ubicunque  
valeant, ut sic, quia neminem re  
rium suum augeant, publica que  
quando fecisse Principes, docen  
pretes *ad. l. un. C. de thes. vid.*  
*n. 15.* quam doctrinam immen  
cet *Magnus Grot. in elegant scripto*  
*8. S. 7. in fin.* ubi eandem, ut  
obtinere asserit, cui ad stipulat  
*Censf. Belg. ad Inst. S. 39. de R. D.*  
circa hanc materiam abroga  
in nonnullis adhuc observari te

muniter ferè  
Universali Ger  
alias hero ca  
es & Fiscum Ju  
t. Regalia: *Wif*  
*incisc. Amajja l.*  
*n Syntag. J. Civ.*  
*b. 5. n. 3.* tam in  
vel integros vel  
*Bachov. ad Inst.*  
*A. R. D. n. 31.*  
*Vol. 2.* quod  
sepeliunt pe  
*f ad L. Julian.*  
raudent, Prin  
thesaurorum,  
*(3.) quod the*  
Principes jure  
citra alicujus  
i appropriare  
eriores, æra  
ant, prout ali  
nostri Inter  
*mic. C. de thes.*  
accusari do  
*5 P. d. lib. 2. c.*  
& quasi Gent.  
*us Regnerus in*  
n generaliter,  
*us Civile, sed*  
*Lauterbach in*  
*comp.*

the scale towards document

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

mm 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200

inch 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200

Image Engineering Scan Reference Chart TE293 Serial No.

Patch reference numbers on chart